Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30417
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

Non accessistis inquit ad monte fumante. sz ad monte
syon. ad ierusalem ciuitate dei uiuentis. ad multorum mi
lium angelorum frequenciam. ad ecclam primitiuorum
ascriptam in celis. Nunc attingamus nos ad uidendum.
qualiter egrediatur de uirgine. quia egressio ista dilectior
z affectuosior est humane miserie. que intuencium pecto
ra concutit. irrorat oculos. z lacrimis fontibus uultus a
manantium suffundit. Hic locum voluptatis uterum domi
ne gracie intellige. in quo cumulauit omnes delicias deli
ciarum dns. De cuius delicias spc sis admiratorio ser
mone in amoris cantico sic erupit. Que est ista que al
cendit de deserto delicias affluens. Numqd in angelis vo
luptatem habet altissimus. in quibus ipse reperit pra
uitatem. Numquid i constellacione uel scintillacione
stellarum. quarum alie conuertunt in sanguinem. alie ca
dunt de celo. alie in tenebras obscurantur. Numqd in
aere. uel igne. uel uentis. Nequaquam. quia nō in igne
dominus. non i commocione dns. nō in spiritu dns. Qui
uerus est ille. qui curru igneo z equis igneis. est assumptus
in celum. Numquid in aquis. vbi furens z tortuosus leui
athan inmoratur. aut terra que sub maledicto ade. spinas
emittit z tribulos. Non est locus uoluptatis. nisi uterus
uirginis. Ex hoc egreditur humanitate. quia uestitus
alicio nre mortalitatis. uisibilis humanis oculis apparuit
z de ugine uirgam. de libro autem generacionis lineam fa
cens. diuinitatis hamum innexuit. quem carne ope
ruit uirginali. ut draco magnus illectus ad carnem.
ferrum diuini numinis subsentiret. Egredit z cu